

De bello gallico 3.5 erweiterte kolometrische Schreibweise

Cum iam amplius horis sex continenter **pugnaretur** ac non solum vires,
sed etiam tela nostros **deficerent**
atque hostes acrius **instarent**
languidioribusque nostris vallum **scindere** et fossas **complere coepissent**
resque **esset** iam ad extremum perducta casum,

P. Sextius Baculus,

primi pili centurio,

quem Nervico proelio compluribus **confectum** vulneribus **diximus**,

et item C. Volusenus,

tribunus militum,

vir et consilii magni et virtutis,

ad Galbam **adcurrunt**

atque unam **esse** spem salutis **docent**,

si eruptione facta extremum auxilium **experirentur**.

itaque convocatis centurionibus celeriter milites **certiores facit**,
paulisper **intermitterent** proelium ac tantummodo tela missa **exciperent**
seque ex labore **reficerent**,
post dato signo e castris **erumperent**
atque omnem spem salutis in virtute **ponerent**.